Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tvrbo, Sive Moleste Et Frvstra Per Cuncta Divagans Ingenivm

Andreä, Johann Valentin

Helicone iuxta Parnassum [i.e. Straßburg], 1621

Sagacissiimo et oculatisimomo

urn:nbn:de:bsz:31-107371

Visual Library

SAGACISSIMO ET OCVLATISSIMO MOMO

Rerum humanarum Cenſori integerrimo.

S. P.

ODium, quo inter homines laboras, optime Vir, nequaquam me movit, ut huic libello diſtichon contra te præfigerem, vel examini tuo me clanculum ſubducerem: æquior ego innocentiæ tuæ æſtimator, & delictorum meorum in hoc ipſo ludicro optimè conſcius ipſe me tibi ſiſto, & Patrocinio tuo hoc quicquid eſt lubens committo. Hoc tantum, ſi pro me petere aliquid licet, exorans, ut quod aliis breviter & in aurem facis, mecum clarè at-

que prolixiſſime communices. Faxo ego nec emendandi in me laborem te perdidiſſe dicas, nec irritatum tuis monitis unquam conqueraris. Vale, & noſtri ſeculi ſciolis nunquam obſecro parce.

T.

Officioſus

ANDREAS DE Valentia.